Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26052
Copyright: Admont, Benediktinerstift

54

omnis generaliter heretici diuinitatis meritum profitentur.
atque scientie pollicitacione deceperunt et reprehendunt eos.
quos simpliciter credentes inuenerint. et quasi omnino carnalia
persuadent. quasi et carnalium oculorum ad apercionem conantur addu-
cere. ut interior oculus obscuretur. Sequitur. Ysidorus. Vidit
ergo quod bonum esset lignum et cetera. Tulitque de fructibus eius et
comedit. Mulier ante comedit non uir. ideo quia facilius car-
nales persuadentur ad peccatum. nec tam uelociter spirituales
decipiuntur. Sequitur. Deditque uiro suo et comedit. utique quia
post delectacionem carnalis concupiscencie nostre est racio nostra
subicitur ad peccandum. Cumque cognouissent se esse nudos consuerunt
folia fici et contexerunt se. Item eo. Quia scilicet a spiritu amplectuntur.
que pro regione uoluntatis carnalis utuntur. quique decepti here-
tica prauitate. et gratia dei nudati centina mendaciorum tamquam
folia fici colligunt facientes sibi subcinctoria peruersitatis. cum
de domino uel ecclesia mentiuntur. et ut ait gregorius. Adam autem post peccatum
inobediencie mox pudenda contexit. quia contumeliam spiritus deo intulit.
Mox contumeliam carnis inuenit. et quia auctori suo subditus esse
noluit. iura carnis subdite quam regebat amisit. Sequitur. Augustinus.
ad. Adduxit deus ad adam cuncta animalia et uolatilia. uidensque
ea imposuit nomina. et de muliere paulo post dicitur. Vidit ergo muli-
er quod bonum esset lignum ad uescendum. Ecce scriptura manifestis-
sime ostendit amborum oculos apertos fuisse. Nec est enim fas dicere primos
homines cecos factos. et per paululum post ligni uetiti tactum. eadem
scriptura dicente aperti sunt oculi amborum. Nisi oculos apertos haberent et tamen
illi non ad aliquid clausi nullatenus scriptura diceret. aperti sunt oculi amborum